

Band II., Nr. A3, Seite 389-436

Gütererwerbungen des Klosters Ottobeuren

Abt Konrad von Ottobeuren ordnet dem Bruder Heinrich, Propst dieses Klosters, für seine Verdienste um dessen Weingut in Altingen einen feierlichen Jahrtag.

1198.¹

Ad exemplum bene agendi et diutinam promerendi memoriam notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod frater noster Henricus, sancte huius ecclesie prepositus, bona sibi commissa fideliter et prudenter in tempore suo dispensavit ac redditus annuales multimoda dilatatione prediorum fidelius cumulavit ac prudentius. Ut ergo posteri nostri memoriter teneant nomen eius et benefactorum eius non possint oblivisci, unum ex eis calamo scribe plurima transcurrentis notare curavimus. Hic siquidem, dilectissimi huius loci gloriam et honorem omnimodis studens promovere conatibus, vineam nostram Altingin, cuius vena benedicta est et fructus dulcis, efficacia sue probitatis plantavit et rigavit diligenter auxilio eorum quibus divinitus est inspiratum. Spiritus enim domini bone voluntati eius aspirando cooperans eidem vinee sive curie largum celitus dedit incrementum. Proinde communi decretum est consilio, ut anniversarius dies eius memorati ac perenniter memorandi fratris nostri celebri devotione recolatur, in divinis et in mensa refectionis solenni ciborum agatur apparatus, ita videlicet, ut per totam congregationem singulis singula pocula vini dentur, adiuncto pane triticeo et quatuor ferculis accurate apparatis. Ipso quoque die pro remedio anime eius duodecim pauperes ab elemosinario summa pascantur diligentia. Cui autem curia in Altingin commissa fuerit, omnia hec de redditibus eiusdem predii indubitanter augeri providebit. Et ut hec rata sint ac firma in sempiternum, ego, fratrum amator et populi mei, Cuonradus, sancti huius monasterii abbas, in nomine sancte trinitatis constituo et decerno et signaculo sancte crucis +, quod corrumpi nefas est, consigno atque confirmo.

¹Die Zeitangabe 1198 rührt ohne Zweifel von Feyerabend her und ist als der Hauptsache nach richtig hier beibehalten. Abt Bernold, unter den die Schenkung des Markgrafen Heinrichs fällt, amtiert 1180 – + 1194, der Markgraf kommt schon 1181 vor und stirbt 1198 in Apulien. Abt Konrad (1194 – + 1229), vgl. MAURUS FEYERABEND: Des ehemaligen Reichsstiftes Ottobeuren Benediktiner Ordens in Schwaben sämtliche Jahrbücher, in Verbindung mit der allgemeinen Reichs- und der besonderen Geschichte Schwabens diplomatisch kritisch, und chronologisch in drei Bänden bea, Bd. 2, S. 195 ff., 205 ff. und 233 ff.

Die folgende Aufzeichnungen ist aus MAURUS FEYERABEND: Des ehemaligen Reichsstiftes Ottobeuren Benediktiner Ordens in Schwaben sämtliche Jahrbücher, in Verbindung mit der allgemeinen Reichs- und der besonderen Geschichte Schwabens diplomatisch kritisch, und chronologisch in drei Bänden bea, Bd. 2, S. 828, Nr. 4, genommen. Sie gehört unmittelbar mit der Urkunde Nr. A3, Urkunde 1 (WUB, Bd. II, Seite 421–423) zusammen.

Alle Nachforschungen nach den von Feyerabend verwendeten Quellen waren vergeblich. Dass er keine eigentlichen Originalurkunden vor sich hatte, geht bei dieser zweiten der beiden Urkunden daraus hervor, dass sie eher wie ein in irgendeiner Handschrift des Klosters vorgemerkter Privataufsatz aussieht. Dass ferner die jetzt im Reichsarchiv in München aufbewahrte, noch ungedruckte Handschrift des *Chronicon antiquiss. Ottenburanum*, welche auch sonst noch zur Geschichte württembergischer Orte in Oberschwaben einige Ausbeute gewährt, nicht die Quelle ist, ergibt sich aus einer vorgenommenen Vergleichung derselben.

Die bei MAURUS FEYERABEND: Des ehemaligen Reichsstiftes Ottobeuren Benediktiner Ordens in Schwaben sämtliche Jahrbücher, in Verbindung mit der allgemeinen Reichs- und der besonderen Geschichte Schwabens diplomatisch kritisch, und chronologisch in drei Bänden bea, Bd. 2, S. 207, angeführten Stellen des genannten Chronicon über den Güterbesitz des Klosters in Altingen und der Umgegend lauten, um dieselben als Zugabe zu den nachfolgenden Aufzeichnungen hier mitzuteilen, in der Handschrift vollständig so: (fol. 16 b steht noch) *Sub eiusdem abbatis* (nämlich *Bernoldi*, dann folgt fol. 17 a) *tempore Heinricus marchio de Rv^omsperc cum uxore sua O^vdilhilde et filiis ac filiabus suis predium quoddam in Altingin situm, dimidiam videlicet hv^obam cum duabus extremis partibus vinee sue quas vulgo duos morgin vocant, adiacentem quoque predictae vinee vallem totam, excepta portione Bertoldi cognati sui de Vvizinhorn que est in medietate eiusdem vallis, deo sanctoque martiri Alexandro pro remedio anime sue parentumque suorum in ius proprietatis tradiderunt, ministerialibus suis etiam hanc licentiam dantes, ut si quas res, predia, vel possessiones vendicione, mutuatione, voluntaria donatione sive quocunque modo vel pactione ibidem monasterio conferre voluerint, perpetuam habeant potestatem. Heinricus igitur, qui et mesmer dicebatur, ministerialis predicti marchionis, cum uxore ac filia fratris sui ad conversionem O^vtinburren veniens hv^obam unam in villa Altingin, et plurimos agros extra eandem villam contulit monasterio. Gerungus quoque frater eius pro XII marcis et pro spe amplioris remunerationis plurimos agros ibidem vendidit monasterio. Gebehardus etiam de Liehtinstain ministerialis predicti marchionis monasterium ingrediens molendinum in Altingin et quosdam agros et quedam prata cum filiorum suorum voluntate contradidit. Similiter Heinricus de Nivferon cum uxore sua conversus predia sua ibidem sita contulit. Rudolfus quoque de Isir et Heinricus de Genkingin et Rvdiger de Mulhv^osen et Rv^odolfus de Kuppigin, ministeriales marchionis, agros suos eidem monasterio pro argento vendidit.*

III

Außer diesem Bericht steht gleich auf der ersten Seite des nicht paginierten Vorsatzblattes nach der Aufzählung der *redditus caseorum et vini apud montana* von anderer Hand noch folgende Stelle (bei Feyerabend, Bd. 2, S. 239 f. Anm.): *In Altingen trans alpes Risers hof solvit medietatem bonorum. Der O^uninger solvit de quadam domo XVIII denarios et duos pullos. Molendinum XV solidos Tuvvingensium, Mangoldus de quadam domo V solidos Hallensium. Soror Risarii XVIII denarios Hallensium et duos pullos. De Gahai Sohover XVIII denarios. Dominus Gozzoldus V solidos Tuvvingensium de quodam bono in Raistingen quod possidet pro iure personali. Braintinholz solvit XIV monete veteris.*

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ortsindex:

Altingen Wohnplatz (16222)

Altingen, Ammerbuch, Tü

Ottobeuren, MN

Reistingen Wüstung (21535)

Reistingen, Herrenberg, BB, W